ENGELBERTUS ADMONTENSIS
1. Hälfte 14. Jh. Seite 74v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26233
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nem que attenditur in summo zelo pro dei iniu-
ria et contemptu. Propter quem zelum dei finees
filius Eleazari meruit honorem perpetu-
um sacerdotii sibi et suis filiis confirmatum.
Unde i. ps. Et stetit finees et placauit
et cessauit quassatio. Et reputatum est ei ad
iusticiam in generatione et generationem usque in
sempiternum. ¶ Similiter et Helyas propter zelum
quo zelauit pro domino deo contra transgressio-
nes Iudeorum et iniquitates Achab et Ieza-
bel et ydolatras eorum translatus est in pa-
radysum et legitur. ¶ Huius doni et mi-
riti actum exercuit beata virgo in summo qui ipsa
sola in passione filii per quam pertulit a
suis crucifixoribus deo indebitam et indignam
summam iniuriam et contemptum perstitit cum
filio et omnibus aliis fugientibus et quibusdam
dubitantibus aliis vel detrahentibus. Ipsa sola ple-
nam et ultimam fidem et compassionem habuit fi-
lio commortua et compassa usque ad equipol-
lentiam meriti martyrii corporalis ut in su-
perioribus dictum fuit. ¶ Undecimum priuilegium
ipsius qui decima stella corone est communica-
tio passionis xpi. Et per consequens tocius operis
humane reparationis. ¶ Undecima excel-
lencia attenditur in sanctis in respectu ad seipsos que
est aliquem unum respectu aliorum unde maius meritum
in superiori gradu et maiori gloria collocati
sunt secundum quod Iohannes Bap. ut virgo et mar-
tyr et predicator primus et summus est in pri-
mo gradu premii et glorie sanctorum collocatus
unde i. Math. xi. Inter natos mulierum
non surrexit maior Iohanne Bap. etc. quia sicut
se habet hic in via meritum ad meritum ita
se habet premium ad premium in patria et gloria.
Maiora autem merita consequuntur maiorem percep-
tionem gratiarum et donorum cum non sit meritum
nisi per gratiam. Sed beata virgo super omnes an-
gelos et homines percepit hic in via
maiorem et plenioremque gratiam que sine ex-
ceptione largissima collatione et interpre-
tatione fuit simpliciter gratia plena. Ergo habuit
in via maiora merita et consequenter in patria
summum gradum super omnes angelos et
sanctos in gloria. Ergo est super omnes choros
angelorum exaltata et hoc est xi. stella in
ipsius corona unde undecimum priuilegium
ipsius respectu angelorum et hominum. ¶ Duo-
decima excellencia attenditur in sanctis secundum
hoc quod est habere superiorem aut supremum ordi-
nem et gradum in aliqua Ierarchia sicut
in ordine Seraphin primum gradum habet an-
gelus primus et supremus illius ordinis
et in ordine cherubin angelus primus
et supremus ordinis ipsius et sic de singu-
lis. ¶ Similiter in humana Ierarchia ubi
primum gradum illius ordinis tenet Iohannes
Bap. ¶ In ierarchia vero divina non est ordo
secundum gradus quia nullus est ibi prior aut posterior
et maior vel minor. Sed est ibi ordo secundum
scientiam distinctionem relativam.
¶ Cum igitur beata virgo in nullo gradu sit
alicuius ordinis angelorum in ierarchia
angelica quia est super omnes choros ange-
lorum exaltata. nec in ierarchia humana
quia similiter non est inter homines sed super om-
nes homines. nec habere possit locum
in ierarchia diuina quia ibi non sunt nisi
tres pater et filius et spiritus sanctus. Restat
ut ipsa per se singulariter sit in quarta Ierar-
chia que non habet ordinem vel gradum in se
sed respectu ierarchie diuine tamquam superioris et
angelice et humane tamquam inferiorum. ¶
Et hoc est quod dicit Ieronimus in sermone. Co-
gitis me etc. quod ipsa peruenit ultra quam
humane condicionis possibilitas sit. ubi

xlij
de summi gradus in celi possessione.

xliij.
de supremo gradu et ordine in quo est beata virgo collocata.